

Dicitur autem custos domini tribus | 82
 modis. scilicet custos honoris domini
 quo ad deum. Custos vinee domini
 vel gregis domini quo ad proximum. Cu-
 stos voluntatis domini siue preceptorum
 domini quo ad seipsum. **S**ecundo dicit do-
 minicus quasi a domino custoditur
 dominus enim custodivit ipsum quantum
 ad triplicem statum suum. In quoque
 primo fuit laycus. In secundo regu-
 laris canonicus. In tertio vir apostoli-
 cus. Nam in primo eum custodivit fa-
 ciendo eum laudabiliter incipere. in
 secundo servare proficere. in tertio per-
 fectionem apprehendere. **T**ercio potest
 dici dominicus per etymologiam hu-
 ius nominis domini. Dominus namque
 dicitur quasi donans minas. vel do-
 nans munus. vel donans minis. Sic
 beatus dominicus fuit donans. et donans
 minas per iniuriarum dimissionem.
 Donans munus. per literalem largi-
 tionem quod non solum sua pauperibus
 tribuit. sed etiam seipsum pluribus re-
 dere voluit. Donans minis. per cor-
 poris macerationem. quod corpori suo sem-
 per minus habebat quam appetebat.

De sancto domino confessor.

Dominicus ordinis predica-
 torum duplex a patre inditus
 ex hispanie partibus villa que
 dicitur callaroga ex omnis byo-
 cesis prefece. mater vero Johanna
 nomine secundum carnem durit origine
 cuius mater ante ipsius ortum vidit
 in somnis se catulum gestantem in ute-
 ro. ardentem in ore. faculam baulan-
 tem. qui egressus ex utero. totam mu-
 ni fabricam incendebat. **C**uisdam
 etiam matrone que ipsum ex sacro

fonte levauerat. videbatur quod per
 er dominicus. stellam purpuricam habere
 in fronte que totum orbem illustrabat.

Dum adhuc esset puerulus et
 sub nutricis custodia constitutus. et
 benedictus est sepe lectus. dimittere et
 super nudam terram iacere. **M**issus
 tandem palestina ad studium amo-
 re sapientie ad discendum. vinum per tri-
 mium non gustavit. **V**bi cum fames
 valida esset. libros cum omni sua sup-
 pellectili vendidit. et pretium eorum
 pauperibus erogavit. **C**rescente
 iam sua fama ab episcopo exome-
 si in sua ecclesia canonicus effici
 regularis et postmodum omnibus
 factus vite speculum a canonicis
 subprior ordinatur. Ipse autem nocte
 ac die lectioni et orationi vaca-
 bat assidue. deum exorans ut sibi
 hanc gratiam infundere dignetur qua
 se totum aliquando saluti posset
 impendere proximorum. **I**n libro
 quoque de collationibus patrum stu-
 diosissime legens magnum perfec-
 tionis accumulatum apprehendit.

Pergens autem cum predicto episco-
 po tholosam. deprehendit hospitem
 suum heretica prauitate corrup-
 tum quem ad fidem christi conuer-
 tit et quasi quedam primicia cum ma-
 nipulum future messis domino presentavit.
Legitur in gestis communitatis mo-
 nis fortis quod cum beatus dominicus
 quadam die aduersus hereticos
 predicasset. autoritates quas in
 medium produxerat redegit in scrip-
 tum et auidam heretico cedulam il-
 lam tradidit ut super obiectis de libe-
 ra eum debet. Illa autem nocte ad ignem